Quelle: http://manuscripta.at/?ID=887
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

latitudinis lune que est ad medium eclipsis ipse est · a · g ·
sumatur ergo sinus utriusque semidiametrorum collectorum et ipse est
· g · d · Deinde ducatur uterque sinus in se ipsum quadrate tunc
habebitur hec duo quadrata videlicet quadratum linee · g · a ·
et quadratum linee · g · d · post hoc demat quadratum sinus
latitudinis hoc est quadratum linee · g · a · a quadrato sinus
semidiametrorum hoc est a quadrato linee · g · d · et manifestum
est iam quod tunc remanet quadratum linee · a · d · ergo si istius
residui extrahitur radix quadrata invenietur linea · a · d ·
que est sinus minutorum casus / Si ergo ipsius queritur arcus
ipse est minuta casus / Si dicat adversarius quod hec de-
monstratio ponit centrum lune a principio eclipsis usque ad medium
eius pertransire lineam equidistantem superficiei ecliptice
et ita ponit latitudinem lune a principio eclipsis esse in latitudine
eius ad medium hoc autem est falsum Videtur et dico